



3. Ant.

4. d
F


mórtu-os lí-ber. E u o u a e

PSAUME 87

PRIÈRE DE L'HOMME GRAVEMENT MALADE

C'est maintenant votre heure, et le pouvoir des ténèbres. (Lc 22,53)

Dómine, De-us sa-lú-tis me- æ : * in di-e clamá-vi, et nocte



co-ram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea ; *
inclína aurem tuam *ad precem meam*.Quia repléta est malis *ánima mea*, *
et vita mea inférno *appropinquávit*.*Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum*, *
factus sum sicut homo *sine adiutório*.Inter mórtuos liber, *
sicut vulneráti dormiéntes *in sepúlcris* ;Quorum non es *memor ámplius*, *
et ipsi de manu *tua abscíssi sunt*.Posuísti me in lacu *inferióri*, *
in tenebrósis et *in umbra mortis*.Super me gravátus est *furor tuus*, *
et omnes fluctus tuos *induxísti super me*.Longe fecísti notos *meos a me*, *
posuísti me *abominatióne* eis ;conclúsus sum et *non egrédiar*. *
Oculi mei languérunt *præ afflictióne*.Clamávi ad te, Dómine, *tota die*, *
expándi ad *te manus meas*.Numquid mórtuis fácies *mirabilia*, *
aut surgent *umbræ et confitebúntur tibi* ?Numquid narrábit áliquis in sepúlcro *misericórdiam tuam* *
et veritátem tuam in loco *perdiçãois* ?Numquid cognoscéntur in ténébris *mirabilia tua* *
et iustítia tua in terra *obliviónis* ?Et ego ad te, Dómine, *clamávi*, *
et mane orátio mea *præveniet* te.Ut quid, Dómine, repéllis *ánimam meam*, *
abscóndis *fáciem tuam a me* ?Pauper sum ego et móriens a *iuventúte mea* ; *
portávi pavóres tuos *et conturbátus sum*.Super me transiérunt *iræ tuæ*, *
et terróres *tui excidérunt me*.Circuiérunt me sicut aqua *tota die*, *
circumdedérunt *me simul*.Elongásti a me *amicum et próximum*, *
et noti *mei sunt ténébræ*.